

403 electi pateat. Layman. verò q. 74. Tamburg. d. diff. 5. q. 6. num. 15. Wagnereck ad cit. p. König. h. t. num. 70. contendunt non personam electam, sed numerum duntaxat. votorum manifestari: dicendò v. g. vota, quæ à Capitularibus exquisita sunt, uniuersim sunt 20.

404 vel 30. &c. Ego in Ecclesia Metropolitana Salisburgensium vota hõc modò publicari conspexi: postquam omnes schedulæ (sic enim consignantur hie vota) in calicem sunt impressæ, commiscetur, effunduntur in mensam, & numerantur. Tum reponuntur in calicem, una post alteram extrahitur, aperitur, ac nomen personæ ibidè scriptæ annotatur. Quò factò, revocantur DD. Capitulares, ipsisque volentibus publicantur personæ, quot electæ sunt, & quot habuerint vota. Hancque publicationem textui in cap. quia propter maximè conformem, imò necessariam arbitror, dum cã omisã, Electio pro nulla declaratur in Rota

405 Rom. d. p. 4. tom. 3. dec. 574. n. 43. Hujus publicationis ratio est: quia postmodum certius institui potest collatio numeri ad numerum, quando presentibus omnibus numerum electorum & votorum manifestatur. Effectus autem est, quòd electores nequeant amplius variare, seu vocem suam revocare cap. publicatò 58. h. t. quemadmodum ante publicationem liberam mutandi & revocandi facultatem habebant. Abbas in cit. cap. n. 1. 4. 5. 7.

407 Dixi VIII. is collatione habita eligatur, in quem omnes vel major & sanior pars Capituli consentit. Est autem collatio triplex: numeri ad numerum; zeli ad zelum; meriti ad meritum cap. in Genesi 55. h. t. Collatio numeri ad numerum est computatio votorum inter se, cum in scopum tendens, ut appareat, in quem major numerus inclinaverit. Collatio zeli ad zelum est examen de personis eligentium, cum indagatone, quòd probitate, prudentiã, intentione, ad eligendum permoti sint. Collatio meriti ad meritum est reflexa consideratio personæ electæ, ponderandò illius merita, virtutes & doctes, ac conferendò cum meritis, virtutibus, & doctibus alterius collecti.

410 Hæc collatio Salisburgi post votorum publicationem, fit ab unoquoque ex Illustrissimis & Reverendissimis DD. Capitularibus secretò, ut luculenter pateat, num aliquis ex passivè Electis majora & saniora vota nactus fuerit.

411 Querens autem I. quot vota requirantur in collatione numeri ad numerum, ut censetur esse major pars?

Resp. requiri vota absolutè majora, nec sufficere majora respectivè: hoc est, majorem numerum votorum computari juxta majorem numerum Capitularium, presentium, volentium, & actuale jus eligendi habentium; non numeratis absentibus, nolentibus, aut impotentibus. Rota in recent. p. 19. tom. 1. dec. 169. num. 1. & seqq. & tom. 2. 412 dec. 467. num. 20. In exemplo sunt 24 Capitulares, atque ex his 13. eligunt Sempronium; Sempronius censetur esse per majora electus: quia 13. faciunt majorem partem

tem Capituli. Econtrã fit ex 24. Capitularibus 10. eligant Titium, 9. Sempronium, 5. Mævium; nullus habet absolutè majora vota: quia 10. non sunt major pars Capituli respectu totius Capituli, sed tantum respectu minoris partis. Textus in cap. Ecclesia 48. & ibi Vivianus; & in cap. in Genesi 55. h. t. Carthianus de Luca de Canon. disc. 28. n. 8. Krimer h. t. num. 1923. Quòd si supponamus ex 13. Capitularibus sex esse absentes, vel quòd vocari non debuissent, vel quòd vocati comparere noluerint, aut jam presentes rursus discesserint, Capitulum in 18. personis consistere, ac, qui decem habet vota, per majora electus fuisse censetur. Rota cit. p. tom. 1. dec. 169. n. 2.

Querens II. an liceat accedere minori parti ad majorem, ac per accessum vota majora efficere. E. g. an in recentio casu, quò 10. eligunt Titium, 9. Sempronium, 5. Mævium, possint illi 5. vel illi 9. accedere reliquis 10. atque, per additionem suorum votorum, numerum decenalem augere?

Resp. negativè. Passerin. de Elect. cap. 40. num. 38. Clariss. D. Joann. Philippus Braun h. t. concl. 3. pag. 57. P. Reiffenstuel n. 302. P. Verani num. 56. Ratio est I. quia in cap. auditis 29. h. t. perspicuè declaratur Pontifex, quòd si numerus votorum in se Canonicus non sit, nequeat talis fieri per vota subsequèntia. Et licet Adversarii hunc textum interpretentur de illo casu, quòd major pars accessit minori, non, quòd minor majori: atamen non satisficiunt. Enimverò S. Pontifex fundat suam decisionem in eo, quòd Electio sit nulla, quando non adfuit vota majora; Electio autem nulla non possit per subsequèntem consensum convalescere. Ergo, quia hæc ipsa ratio procedit in casu, quòd minor numerus accedit majori respectivè: procedit eadem dispositio. Ratio est II. quia supponimus, scrutinium eòdè modò, quò à num. 402. exposuimus, jam esse publicatum. Sed, publicatò scrutiniò, non amplius licet variare cap. publicatò 58. h. t. Ergo nec accedere majori parti. Ratio est III. quia vota secretè & sigillatim in ipso scrutiniò exprimenda sunt. At, si minor pars accederet majori, non secretè, sed publicè; non sigillatim, sed turmatim; non in ipso scrutiniò, sed post scrutinium exprimeret sua vota. Ergo &c. Atque hanc sententiam in praxi sequendam esse, monet Magnif. P. König num. 70. presertim fit Electio à S. Pontifice confirmanda sit: eum consistit, à Romana Curia Electiones per accessum sæpe non admitti.

Contrarium, quòd Electio per accessum valeat, defendunt P. Engel h. t. n. 40. Fagnanus in cap. publicatò n. 37. Laymann quest. 77. Pirhing num. 176. Guetrather num. 13. iisque suffragari videntur cap. licet 6. h. t. & cap. indemnitate 43. §. Janè h. t. in 6. Sed hæc cap. ad casus particulares, de quibus emanarunt, coarctanda sunt; scilicet ad Electionem S. Pontificis, in qua accessus ad majorem partem

tem idèd permittitur: quia requiruntur duæ tertie, quæ difficultius habentur, accessu non concessò; nec non ad Electionem Abbatissæ, in qua accessus ad majorem partem certo cum respectu & effectu fuit indultus.

422 Querens III. utrum collatio zeli ad zelum, meriti ad meritum, semper & pro semper possit? Resp. casus aliquos exceptos esse. Primus est, quando duæ tertie seu partes de Capitulo in voto concordant cap. si quando 9. h. t. in 6. Rota in rec. p. 4. to. 3. dec. 574. n. 50. Secundus est in Electione Summi Pontificis d. cap. licet 6. X. h. t. Tertius est in Electione Abbatissarum cap. indemnitate 43. in f. h. t.

423 in 6. Quartus est in plerisque aliis Electionibus, potiore numerum suffragiorum habentibus: tunc enim pars potior in numero presumitur esse sanior in consilio arg. cap. prudentiam 21. de Off. deleg. & cap. cum in cunctis 1. de his, quasi a majori & donec contrarium probetur. Rota in rec. p. 16. dec. 400. n. 1. Panormitanus in cap. Ecclesia 57. n. 4. Wiestner n. 177. Krimer h. t. n. 1950.

424 Factã jam collatione, si Electio non fuerit,

celebrata in concordia, sed vota sic dispersa reperiantur, ut nullus à majori Capitularium parte majora sit affectus vota, rejicitur Electio, & vel ad novum scrutinium, vel ad compromissum transitur.

Si verò unus non tantum majoribus calculis, sed etiam majoribus meritis ornatus adfuerit, tum Electionis decretum expeditur, & electus ab uno nomine totius Capituli hæc vel simili formulã promulgatur: Ego N. nomine meò & aliorum eligentium, mihi que consentientium, invocata Spiritus sancti gratia, in Episcopatum vel Abbatem hujus Ecclesie N. eligo, & electionem pronuntio, & coram vobis publicè, in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, Amen. Laymann in cap. quia propter num. 9. & de Elect. quest. 72. König n. 72. Spengler n. 32. Wiestner n. 178. Docet quoque diversorum locorum consuetudabilis, quòd Electio, ita publicata Capitulo, inter intervallo per unum de Capitulo vel extraneum populo denuntiari soleat, (sive tunc sic & probante Abbate in cit. cap. quia propter n. 16. Solet etiam electus in Ecclesiam deduci, & hymnus Ambrosianus decantari.

§. IV.

De Modo eligendi per Compromissum.

427 Tertius eligendi modus est Compromissum, quòd toto Capitulo aliquibus viris idoneis potestas committitur, qui vice omnium Ecclesie vicinaria provideant. Textus in cap. quia propter 5. vel saltem.

428 Dixi I. à toto Capitulo. Ut insinuarem, Compromissum uniformi singulorum Capitularium consensu assumi debere. Veluti constans & communis sententia cum Panormitano in d. cap. & §. n. 2. Zoësiò num. 74. Laymannò q. 83. Passerinò cap. 22. n. 19. P. Engel hic num. 41. Laurentiò q. 396. ex d. cap. in §. vice omnium; & cap. in causis 9. à singulis de Capitulo

429 deducit. Cujus ratio est: partim quia, jus suum nemini invito esse auferendum l. in vitium 1. l. in vendendo 13. Cod. de Contrah. emp. partim quia, ubi de jure singulorũ agitur, uti hic, singulorum consensu accedere debet arg. cap. quòd omnes 29. & cap. in re comunis 56. de R. f. in 6.

430 Dixi II. aliquibus viris idoneis. Quà notã ostenditur, compromissarios debere esse Clericos; & præter titulum membri Capitularis (qui non exprimitur per cap. causam 8. h. t.) omnibus electorum qualitatibus condecoratos arg. cap. sacrosanctis 51. h. t. ne, quod unã

431 viã negatum est, aliã concedatur. Neque refert, in quo numero, singulari vel plurali; pari aut impari, compromissarii constituantur. Quantumvis enim in dicto cap. quia propter plurali locutione Pontifex utatur; atamen, quòd solum enuntiativa, non dispositiva sit, aliis in locis, in quibus de uno compromissario fit sermo, declaratur, in specie d. cap. causam 8. h. t. cap. si compromissarius 37. h. t. in 6.

432 Dixi III. potestas committitur. Quod fieri dupliciter potest, absolutè & limitatè. Absolutè, ut, quemcumque voluerint compromissarii,

farii, eligant. Limitatè, ut aliquem ex Capitularibus compromittentibus, vel eum, quem major Capituli pars nominaverit, eligant; eui posterior modus non tam compromissum quam scrutiniũ naturam referat.

Illud controverti possit: valeatne compromissum hõc modò, ut electus censetur, quem major pars Capituli respectu minoris partis designaverit? Ex ea dubitandi ratione, quòd magis valere debeat, quam compromissum illimitatum & absolutum. Sed nodus iste cum negotiatione jam solutus est in cap. si cui 2. h. t. in 6. Ratio est: quia tale compromissum imitatur scrutinium cap. cum dilectus 32. h. t. in quo majoritas votorum non respectu minoris partis, sed totius Capituli computatur ex n. 411. Barbosa in Collectan. ad d. cap. n. 1. P. Engel hic num. 41. P. Wiestner n. 202. Fagnanus in cap. licet 6. n. 45. P. Krimer h. t. n. 1951.

Dixi IV. vice omnium. Ex quo apparet, compromissum habere non modicam affinitatem cum mandato; ut, sicut mandatum re integrã potest revocari §. reitè quoque 9. Inst. Mand. & cap. quicumque. 1. de sentent. excommunic. in 6. ita & compromissum revocatione finitur cap. in causis 30. §. quia verò h. t. Laymann q. 90. Neque singuli de Capitulo consentire debent, cum singulorum non amplius interlit; sed majoris partis consensus satis est. D. Braun. dist. conclus. 3. p. 56.

Dixi V. Ecclesia vicinaria provideant. Tenentur autem intra trimestrale tempus eligere; & si absque legitimo impedimento non elegerint, potestas eligendi ad Superiorem devolvitur cap. si compromissarius in pr. 37. h. t. in 6. Aliter atque si indignum compromissarii

- rii assumpserint : tunc quippe non ad Superiorem, sed Capitulum facultas eligendi re-
437 vertitur d. cap. si compromissarius & si vero eligat &c. Ratio disparitatis est : quia negligentia procuratoris nocet magis domino, si verferit in omitendo, quam in comittendo *arg. l. si procuratorem §. 5. d. ff. Mandati & l. ult. ff. de Acquir. possess. P. West. n. 209. P. Reiffenl. n. 94.*
- 438 Ceterum, sicut eligendus per scrutinium debet habere potiora vota respectu totius Capituli : ita & eligendus debet habere potiora respectu omnium compromissariorum per cap. sicut eligendi 2. h. r. in 6. Et sicut Electio per scrutinium communi nomine ab uno est promulganda : ita & Electio per compromissum iuxta ditertam sententiam Bonifacii VIII. in cap. sicut cum 21. eod. in 6. Laymann 439. 87.
- Colliges ex tota hac sectione I. Electionem quamlibet in sequentibus casibus esse ipsò Jure irritam. I. quando est facta ante mortem Prælati ex n. 291. II. quando ne quidem duæ tertie de Capitulo fuerunt præsentés ex n. 327. III. quando absentium, non vocatorum, computatis votis, etiam duæ tertie præsentés non faciunt majora ex n. 329. IV. quando Electores non fuerunt in unum congregati ex n. 245.
- 440 Colliges II. Electionem per inspirationem

§. V.

Paradigma practicum Electionis Canonice per scrutinium.

- 443 **U** Sitior est Electio per scrutinium. Illius paradigma practicum, si quis expetat, quoddam exhibeo, planè accuratum, Romanæque Curie non ingratum.
- 444 I. In die, ad eligendum præfinitò, manè fit sicutum, & sub illo consueta Capitularium communio. Deinde subjunguntur certæ præces de sancto Spiritu.
- 445 II. Congregantur, & confident Capitulares in loco Capitulari consueto, vel alio, ad Electionem destinato.
- 446 III. Inmittuntur personæ, non Capitulares, ad actum Electionis specialiter requisitiæ, v. g. Procurator Capituli, Notarius, testes.
- 447 IV. Primus ex Capitulo declarat, memoratas personas ad sua munia in actu Electionis peragenda, assumptas esse; ac simul, ut ea fideliter peragant, hortatur.
- 448 V. Procurator Capituli (si quis adsit) agit gratiarum actionem pro mandato, sibi injuncto, & requirit (ubi Proeurator non admittitur, requisitionem facit primus ex Capitulo) Notarium, ut iuxta mentem Capituli omnia & singula, jam acta & deinceps agenda, diligenter annotet. desuper unum vel plura, instrumentum vel instrumenta, conficiat, atque pariter unà cum testibus solita præstet juramenta.
- 449 VI. Notarius requirit testes in testimonium agendorum, & hi reciprocè fidem suam stipulantur.

- non valere, I. quando vel unus ex Electoribus est absens, nec legitime citatus ex n. 374. II. quando tempètivè votum vel unus revocavit ex n. 377. III. quando electus per inspirationem ipsimet eligendi formæ contradicit ex n. 379.
- Colliges III. Electionem per scrutinium 441 viribus omninò deficiere, I. quando, præfinitendò à consuetudine, scrutatoribus non in numero ternario, aut ex alieno gremio fuerunt assumpti ex n. 383 & n. 388. II. si vota non exquirantur sigillatim aut secretè ex n. 392. & seq. III. si vota non resignantur in scripturam ex n. 401. IV. si non publicentur ex n. 402. V. si collatio extra casus in Jure permisso omittatur ex n. 407. V. si pro electo non stent vota absolute majora ex n. 411. VI. si Electio per accessum celebratur ex n. 414. VII. si communis promulgatio factæ Electionis intermittatur ex n. 425.
- Colliges IV. Electionem per Compromissum robur non habere I. quando non singuli de Capitulo consenserunt ex n. 428. II. quando habet admixtum scrutinium, & illius forma non servatur ex n. 434. III. quando, re adhuc integrâ, revocatum est ex n. 435. IV. quando electus potiorum votorum numerum à compromissariorum parte absolute majori non est affecturus ex n. 438.

- VII. Personæ non-Capitulares, jam nominatæ, videlicet Procurator, Notarius, testes, solita juramenta emittunt.
- VIII. Primus ex Capitulo facit propositionem suam de jamjam instanti Electionis negotio; in cuius fine injungit Notario ultimam absentium citationem, & refixi proclamatis reproductionem.
- IX. Notarius reproducit dictum proclamam.
- X. Procurator vel alius insinuat, quòd, cum legitime citati non compareant, eorum absentia non obstante, ad ulteriora, & ipsum actum Electionis procedere liceat.
- XI. Protestatur primus ex Capitulo, ad præsentem Electionem inhabiles non admittendos fore.
- XII. Scrutatores à Procuratore vel alio nomine Capituli requiruntur, ut susceptum onus in mox subsecutura Electione sedulo velint exercere, cum subnexa promissione, Capitulum id omne approbaturum & rathabiturum, quidquid ex potestate, ab eodem Capitulo eum in finem sibi concessa in hoc negotio tractaverint.
- XIII. Capitulares in hujus confirmatione stipulatis manibus promittunt scrutatoribus approbationem & rathabitionem agendorum : dehinc (si ex Capitulo sint) à loco & sede Capitulari ad speciale mensam se conferunt.
- XIV. Capitularibus seu electoribus à Pro-

cura-

- curatore vel primo ex Capitulo insinuat, deponendum jam esse consuetum juramentum; quod in continentideponunt.
- 457 XV. Admonentur quoque Scrutatores, ut speciale de suo officio, ritè obeundo, sacramentum præstent; quod & faciunt absque mora.
- 458 XVI. Scrutatores recognoscunt sigilla, quibus armarium schedarum erat signatum, idemque armarium aperitunt.
- 459 XVII. Procurator vel alius tradit complicatas schedas Scrutatoribus (suppositò, quòd sint de Capitulo) deinde præsentibus Electoribus iuxta superscriptionem nominis cujuscunque Scrutatoris aut Electoris; retentis schedis non comparentium & absentium.
- 460 XVIII. Scrutatores lustrant, & invertunt calicem, in mensa ipsorum positam pro imponendis Eligentium schedis, ut appareat, quòd sit vacuum; eundem quoque insipientibus Notariò & testibus.
- 461 XIX. Exit primus Scrutator in contiguum conclave, separat ex consignato sibi catalogo nomen eligendi, regreditur, atque in calicem imponit complicatam schedulam sui suffragii; reliquis autem complicatas in invertum pileum, mensæ impostum, conficit, & primum locum, in quo confederat, repetit.
- 462 XX. Eodem prolixè modò, ceteri duo Scrutatores, & post hos reliqui Electores successivè & sub quoque ordine, unus post alterum exit in dictum contiguum conclave, & exinde cum complicata schedula sui suffragii redit, schedulam in calicem immittit, & locum, in quo confederat, rursus occupat.
- 463 XXI. Exeunt omnes Capitulares in contiguum conclave, donec revocentur; remanentibus solum Scrutatoribus, Procuratore, Notariò, & testibus.
- 464 XXII. Primus Scrutatorum commisset schedulas, in calicem repositas, easdemque in mensam effundit, & repetit vice manum miscet.
- XXIII. Scrutatores computant schedulas, & inquirunt, an cum eligendum numero conveniant?
- XXIV. Schedulæ à primo Scrutatore aperiantur, & nomina passivè electorum, in illis conscripta, ab eodem leguntur, ceteris Scrutatoribus, Procuratore, Notariò, & testibus, eas ipsas schedulas insipientibus, & electorum nomina inscriptis continuò & strenuè redigentibus.
- XXV. Revocantur Capitulares ad pristina loca in Capitulo.
- XXVI. Propositio primi Scrutatoris de legitime completo scrutinio, & facienda illius, assentiente Capitulo, publicatione ac subjuncta Capitularium responsio.
- XXVII. Publicantur vota à primo Scrutatore, cum expresse nominis passivè electorum, & numeri votorum, quanta quisque sigillatim sortitus fuerit.
- XXVIII. Interim ab omnibus Dominis communi fit secreta computatio publicatorum votorum, an illa cum numero eligentium conveniant? Item collatio numeri ad illum numerum, meriti ad meritum, & Zeli ad Zelum, ut inde manifestus constet, num aliquis Dominorù passivè electorum ceteros omnes præcellat, in eumque major & sanior pars Capituli consentiat? Et casu quo, sequitur continuò
- XXIX. Communis dictò modò Capitularis & solennis Electio, per primum Scrutatorum suò & omnium reliquorum nomine per verba singularis numeri facienda, nullò inter hunc, & priores duos numeros, ac illos inter se actu extraneò intermedìò.
- XXX. Procurator vel alius nomine Capituli petit consensum ab electo.
- XXXI. Responso & resolutione ejusdem electi; quæ si fuerit consentiens intentioni Capitularium, emittitur ab electo professio fidei; Electio promulgatur in Ecclesia, ad quam etiam Electus solenniter deducitur.

SECTIO V.

De Effectu & Consequentibus Electionis.

SUMMARI A.

475. & seqq. Recensentur effectus Electionis, qui tenentur per personam eligentium. 479. & seqq. Enumerantur effectus, qui se tenent ex parte persona electa. 484. & seqq. Ostenditur, quòd Electio non tribuat jus in re. 488. & seqq. Electus regulariter non tenetur, Electionem acceptare. 491. & seq. Nec potest, ante confirmationem regulariter a ministrare. 493. & seqq. Traduntur casus excepti. 498. Electionem sequitur Confirmatio. 499. & seqq. Est ab electo vel Capitulo, vel alio petenda. 505. & seq. Intra trimensem à die præfiri consensu. 507. Specialia ex cap. 16. h. r. in 6. notantur. 508. & seqq. Petitur de Jure communi ab immediato Superiore. 511. & seqq. Ad illius imper-
- tionem certum tempus non est assignatum. 513. & seqq. Præmittitur inquisitio. 517. & seqq. Citantur contraditores. 519. Confirmationis nullitas non obest Electioni. 520. & seqq. Indignantur effectus Confirmationis. 527. & seqq. Paria annatarum genera. 532. Illarum quantitas in Germania. 534. & seqq. Diversa placita de illarum origine. 538. & seqq. Earundem subiectio exactio. 542. & seqq. Objectionum præfinitio. 547. & seqq. Post Confirmationem Episcopus est consecrandus intra tres menses. 550. & seq. Die Dominica. 552. Forma præscripta. 553. & seqq. Consecratio ab Episcopo fieri debet. 556. & seqq. Et quidem iuxta aliquos indistinctè ab illis. 560. & seqq. Et con-

T c 3

ditur, ex sola Ecclesia constituitur et res Episcopos exigi. § 64. & seq. Satisfit argumentis oppositis. § 68. & seq. Consecratorum ad Pontifice solent delegari. § 70. Inducatur effectus consecrationis. § 71. Actus Ordinis ante consecrationem delegari possunt. § 72. & seq. Beneficia de stylo Curia post Confirmationem statim incipiunt vacare. § 74. & seq. Describitur Pallium moraliter & physice. § 77. Regulariter solis Archiepiscopis datur. § 78. Assumitur ex corpore D. Petri. § 79. & seq. Confert nomen & potestatem Archiepiscopalem. § 83. & seq. Petendum est intra tres menses. § 85. A Summo Pontifice confertur. § 86. Ex privi-

legio ab aliis. § 87. & seq. Usus illius est personalis. § 89. Temporalis. § 90. & seq. Et localis. § 92. & seq. Refertur sententia decretum, in loco exempto non posse in Pallio celebrari. § 94. Defenditur sententia contraria. § 96. & seq. Ad opposita respondetur. § 99. Missa de requie non dicitur in Pallio. 600. Extra provinciam potest Archiepiscopus ex delegatione sine Pallio ordinare. 601. Adducitur Extravag. un. h. t. inter commun. 602. Appellatio contra Electionem, si judicialis sit, nihil habet speciale. 603. Extrajudicialis regulari secundum textum in cap. 4. h. t. in 6. 604. & seq. Latius explicatur citatum cap.

§. I. De Effectu Electionis.

- 475 Effectus Electionis alius est ex parte eligentium, alius est ex parte electi. Ex parte eligentium duplex effectus occurrit. Primus est, quod, si rite & legitime elegerint, censentur esse fundi suo officio, neque ratione negligentiae devolutio ad Superiorem fieri possit cap. si Electio 26. h. t. in 6.
- 476 Alter est, quod, si rite non elegerint, subeant poenas, a Jure statutas. Et imprimis quidem eligentes scienter indignum, secundo effectu, privantur pro una vice potestate eligendi cap. cum in cunctis 7. §. ult. cap. cum Innocentius 25. cap. scriptum est 40. h. t. cap. per petuo 7. eod. in 6. atque insuper a beneficiis per triennium suspenduntur d. cap. cum in cunctis §. Clerici. Deinde si contra formam Juris eligant, pro ea vice pariter voce activa privantur per sententiam cap. quia propter 42. h. t. Videatur Reiffenstuel hic an. 271.
- 478 Tertius effectus est, quod eligentes teneantur intra octiduum, si commodè queat fieri, Electionem electo, si forsàn ab sit, presentare: alias in poenam ab Electionis perfectione quoad suas (non electi) personas exclusi, atque a suae Ecclesiae beneficiis per triennium ipsò Jure suspensi sunt cap. cupientes 16. §. ceterum h. t. in 6.
- 479 Ex parte electi rursus bifarius se prodit effectus. Primus est, quod Electionem intrinsecum ad die habitae notitiae teneatur acceptare, nisi jure, per Electionem quaerendò, ipsò facto excedere velit cap. quam sit 6. eod. in 6. Exceptio est in Religioso, vel alio, qui sine praehabito Superioris consensu nequit in Electionem consentire: talis quippe, vel alius ipsius loco, intra tempus, arbitrio Judicis moderandum, tenetur petere consensum Superioris, sub poena amittendi juris, per Electionem acquisiti; & ubi consensum petierit, tunc mensis, ad deliberandum concessus, primum incipit currere d. cap. quam sit.
- 481 Secundus est, quod, si Electionem acceptet, jus ad rem consequatur, adeò ut absque injuria non possit alius eidem Ecclesiae praefici per novam Electionem aut aliam provisionem, nisi defectus quispiam vel ex parte electi, vel ex parte Electionis detegatur per cap.

inter corporalia 2. & cap. ult. de Translat. Episcop. cap. in causis 30. §. quia vero h. t. Dixi: jus ad rem. Hanc quippe opinionem, quam tenent Passerinus de Elect. cap. 33. n. 7. Leuren. q. 424. n. 1. & seq. Pirhing h. t. n. 2. Wiestner ibid. num. 370. Reiffenstuel eod. l. num. 31. praefero sententiae Fagnani in cap. cum vas 4. de Off. Ordin. n. 52. & aliorum, quos citant. Authores citati, putantium, per Electionis acceptationem jus in re electo acquiri. Enim vero, ut habent allegati textus in cap. inter 2. & cap. ult. de Translat. Episc. Electio acceptata obtinet rationem sponfalium inter electum & Ecclesiam. Atqui sponfalium non tribuunt, jus in re, seu in corpore sponforum, sed jus ad rem duntaxat per cap. cupientes 15. cap. sicut ex litteris 22. de Sponfal. cap. duobus modis 1. de Sponfa duor. Ergo nec Electio acceptata tribuit jus in re. Cujus ulterior ratio est: quia in cap. si Electio 26. h. t. in 6. supponitur, electum post consensum praestitum resignare posse pro suo libitu, ac Ecclesiam ita resignatam non tam de novo per resignationem, quam mortem antecessoris vacare. Hoc autem admitti vel dici non potest, si electus jam haberet jus in re: tunc etenim ad resignationem validam autoritate Superioris opus foret arg. d. cap. inter. de Translat. Episc. & cap. admetet. 4. de Resum. Ergo &c.

Neque facit in contrarium, quod in cap. nihil est 44. §. Episcopi quoque h. t. permittitur Episcopis, extra Italiam electis, jus administrandi. Nam id solum dispensatioe propter necessitates Ecclesiarum, ut loquitur ibidem Pontifex, permittitur: salvò caeteroquin Jure communi, quod electis ante Confirmationem generaliter interdixit administrandi facultatem; ut statim dicitur.

Interrogabis I. an electus consentire, & Electionem acceptare teneatur? Resp. cum regulariter non teneri. Ratio est: quia ipsamet Jura liberum relinquunt electo, vel litte acceptare vel recusare Electionem d. cap. si Electio 26. h. t. in 6. ac insuper spatium unius mensis ad deliberandum, num acceptare consultum judicet? concedunt d. cap. quam sit 6. eod. in 6. Quin & invito beneficium confertur, aut

- aut potius obrudi, non volunt Jura arg. cap. si rithi absentis 17. de Prob. in 6. & l. 69. ff. de R. J.
- 489 Et merito. Quid enim valeant humeri, quid ferre recusent, nemo certius intelligit, quam ipse, de cujus Electione agitur. Ut adeò compelli non debeat ad onus gubernationis assumendum, cui supportando imparem se esse, quis agnoscat.
- 490 Dixi regulariter. Si enim nullus alius ad sit, qui vacantem Ecclesiam cum utilitate & fructu regendam suscipere valeret, tunc utique ex charitate teneretur electus consentire pro textu appositum in cap. sicut is 3. l. q. 6. postferret ad id a Superiore compelli arg. cap. ante omnia 7. Dist. 40. P. Engel ad h. t. num. 46. P. Wiestner ad d. l. n. 367.
- 491 Interrogabis II. an electus post consensum praestitum administrare possit, antequam Confirmationem impetraverit? Resp. regulam esse, quod nequeat administrare ex variis textibus in cap. nosti 9. cap. qualiter 17. h. t. cap. avartias 5. eod. in 6. Extravag. injuncta 1. eod. inter commun. in quibus electus, administrationi ante Confirmationem se ingerens, etiam economi vel procuratoris titulo & praetextu, non tantum jure, per Electionem acquisitò, privatur, sed poenis quoque subicitur. Cujus ratio ex num. 482.
- 492 petenda est, ubi probatum reliquimus, non jus in re, sed ad rem electo ante Confirmationem competere; quale jus per se non est aptum ad liberam dispositionem vel administrationem, in actu secundo exercendam.
- 493 Ab hac tamen regula tres exceptiones facit P. Engel cit. l. n. 51. Prima est: si specialis administrandi licentia a Confirmatore fuerit accepta. Secunda: si ex Privilegio vel consuetudine ita juris sit. Tertia: si Confirmatio ad Sedem Apostolicam spectet, & Electio extra Italiam in concordia sit peracta; quo postero-

re casu specialiter administratio, excepta alienatione, permisa est in d. cap. nihil est 44. §. Episcopi quoque h. t. Et licet Episcopi Germania, etiam in concordia electi, hanc administrandi facultatem non utantur, antequam cum placet (ut vocant) licentiam Romae acciperint, attestante eodem P. Engel cit. n. 51. non tamen crediderim, per hunc non-usum privilegium, a jure concessum, fuisse sublatum, docente sic Laymannò de Elect. q. 112. Wagneckio ad cit. cap. nihil est. ultra Italiam.

Minus crediderim, dispositionem cit. cap. 45 nihil per Extravag. injuncta h. t. inter commun. abrogatam fuisse, veluti contra Passerinum de Elect. cap. 33. n. 35. sentiunt P. Engel d. n. 51. P. Wiestner hic num. 273. Esto enim illa Extravag. sit constitutio posterior, ac generaliter omnem administrationem ante Confirmationem interdicat: hoc ipsò tamen, quod generalis sit, & illa prior constitutio in cit. cap. nihil specialis, vim non habet, illam priorem, absque speciali derogatione, abolendi.

Dixi: Episcopis, in concordia electis, administrandi potestatem competere. Quod ita intelligendum cupio, ut electi in concordia non solum illi censentur, qui ex opinione Panormitani in cit. cap. num. 4. Fagnani ibid. n. 12. Barbosa in cap. cupientes h. t. in 6. n. 27. nemine ex electoribus dissentiente, per quasi-inspirationem ad Praelaturam ascenderunt: sed etiam qui ex mente P. Laymanni ad d. cap. nihil n. 6. P. Pirhing h. t. n. 297. P. Leurenii q. 432. n. 10. a majori & laniori parte sunt electi, parte minori in alium quidem sua iustitragia conferente, non tamen Electionem majoris & lanioris partis impugnante: tum quia dicta dispositio, tanquam favorabilis, laudorem interpretationem meretur: tum quia, si alia & prima formetur explicatio, vix aliquando locum in praxi reperiet.

§. II.

De Confirmatione Electi.

- 493 Primum, quod Electionem acceptatam consequitur, est Electi Confirmatio: circa quam in disceptationem venit I. quando nam peti debeat? II. a quonam sit petenda? III. quò tempore, & quibus requisitis concedenda? IV. quid operetur concessa? Ut singula rite dicentur.
- 499 Dico I. Electus intra trimestre, a die praestiti consensu numerandum, petere debet Confirmationem, si alibi, quam Romae petenda sit.
- 500 Dixi I. electus. Nihil autem interest, an ipsemet, an alius Confirmationem petat. Nam, licet ipsemet petat, ambitionis tamen insinulari nequit: quia petere, quod sibi debetur, non ad vanitatem sed justitiam pertinet. Leuren. q. 446. n. 1. Si alius petat, sive extraneus sit, sive unus de Capitulo, sive totum Capitulum, obtinet regula Juris, quòd actus, alienò ministerio in gratiam nostram exerciti, nobis aequè proficiat, ac si a nobis gesti

fuisent cap. qui facit 72. de R. J. in 6. Neque eo mandato praecise opus est, ut alius electi nomine Confirmationem sollicitet: nam rescripta gratiae, & indulta favorabilia pro alio impetrari posse, esto mandatum non intervenia, conclusum est in tract. de Jure leg. cap. 8. num. 40. Barbosa J. E. V. lib. 1. cap. 19. n. 246. Passerini. cap. 33. n. 46. Leuren. q. 447. num. 1. 2. & 3.

Dixi II. intra trimestre, a die praestiti consensu numerandum; prout definitum inveni in cap. quam sit 6. h. t. in 6. supposito, quòd impedimentum legitimum non occurrat.

Dixi III. petere debet Confirmationem, ita ut, si tempus trimestre, non petita Confirmatione, praeterlapsum sit. Electio praecedens habeatur ipsò Jure pro irrita, & ad novam decurratur d. cap. quam sit. Barbosa ibid. n. 5. P. Wiestner hic num. 313.

Dixi IV. si alibi, quam Romae petenda sit. Nam si electi Cathedralium vel Regularem Ecclesiarum, quorum

quorum Confirmationes vel infirmationes ad ipsius Sedis examen deducit immediata subiectio, vel appellatio interjuncta devolvit, intra annum mensum post consensum, vel post obitum de ipsorum Electione nutritam (si eam debito tempore non contigerit presentari) ad Sedem ipsam iter arripientes &c. oportet, ut sonant formalia cap. cupientes 16. post 506 princip. h. t. in 6. Neque sufficit, procuratorem mittere, tamen taliter promoti nequeant ob impedimentum urgens in persona comparere; sed, quodocunque occurrens impedimentum cessaverit, personaliter Romam accedere iubentur in contextu ejusdem cap. nisi jus per Electionem partum amittere velint. Quia autem in Germania & alibi non sine magnis sumptibus & difficultatibus Romam proficisci possunt electi, usu receptum est, ut super Electione facta conficiatur instrumentum publicum, à Capitularibus vel Scrutatoribus subscriptum, vel subsignatum, ex quo S. Pontifex de valore Electionis informetur. P. Engel h. t. num. 49.

508 Dico II. Confirmatio ab immediatò Superiore de jure communi petenda est. Est communissima DD. Barboza J. E. V. lib. 1. cap. 19. num. 1. & 2. Tamburini de J. A. tom. 1. dist. 6. quest. 1. n. 1. Honorii ab Axel. h. t. n. 20. Laymanni quest. 107. Passerini cap. 33. n. 68. Engellii ad h. t. n. 50. Leurenii quest. 459. num. 2.

509 Explicatur, & probatur ab inductione. Abbates non-exempti confirmantur ab Episcopo arg. cap. statutus 1. de supplend. neglig. Pralat. vel Sede vacante à Capitulo cap. cum olim 14. de M. & O. Episcopi Confirmationem petunt ab Archi-Episcopo cap. ult. Dist. 64. cap. cum dilectus 32. h. t. Archi-Episcopi à Patriarcha vel Primate per cap. quia 9. Dist. 63. cap. mos antiquus 6. Dist. 64. Patriarchæ & Primates à S. Pontifice arg. cap. scriptum 40. h. t.

510 Dixi de Jure Communi. Nam Jure speciali Germaniæ Concordatorum Confirmationes Episcoporum & Archi-Episcoporum, sicut & aliorum Prælatorum Germaniæ Exemptorum, peculiariter Apostolicæ Sedi reservatæ sunt; ita quidem, ut Legati à latere, quibus ex cap. si Abbatem 36. h. t. hujusmodi h. t. in 6. talium Antistitum Confirmatio concessa erat, jam non amplius hoc munus exercere valeant; quemadmodum docet Clariff. D. Spengler cap. 8. n. 7. De quo tamen stylum & usum Curie Romanæ consulendum esse, monet P. Engel num. 58.

511 Dico III. Pro impetrienda Confirmatione nullum in Jure tempus expressum est: ut tamen ritè impertiarur, inquisitio in formam Electionis & qualitates electi; æquæ ac citatio contradictorum præcedere debet.

512 Dixi I. pro impetrienda Confirmatione nullum in Jure tempus expressum est. Panormitan. in cap. postquam 3. h. t. n. 8. Honorius ad h. t. num. 23. Layman. q. 109. D. Spengler n. 8. Quia verò vacanti Ecclesiæ nullatenus commodum & proficuum est, diu nimium Confirmationem differri, potest Confirmatori ab ipsius Superiore terminus, intra quem Confirmatio danda sit, præstitui: quò elapsò, locus dabitur sup-

plendæ negligentie arg. cap. irrefragabili 13. §. excessus de Off. Jud. ordin. DD. mox nominati.

Dixi II. inquisitionem in formam Electionis præcedere debere per cap. nihil 44. h. t. Ad quod appositè faciet instrumentum seu decretum Electionis, in quo totus Electionis processus authenticè descriptus continetur. Abbas in cap. innuit 20. h. t. n. 15. Sylvester v. Electio 1. q. 18. Qualitates electi; subaudi, inquisitionem formandam esse; d. cap. nihil & cap. cum nobis 19. h. t. in specie de etate, literarum scientia, morum gravitate, ac vitiatorum carentia, de quibus in tota scilicet. Ne omisa hæc inquisitio promovetur, & confirmetur persona indigna; ac ipse Confirmator privationem confirmandi successorem proximum, unà cum suspensione à beneficio & pœnis aliis juxta constitutionem d. cap. nihil incurrat. In Germania nostra testatur Laymanni quest. 163. hunc more esse receptum, ut electus Episcopus viciniore Episcopo se examinandum tradat, presentibus testibus; postea processum examinis Romam destinari.

Dixi IV. etiam citationem contradictorum esse præmittendam; hæc moderamine servatò, ut, si coelectus aliquis addit, vel alius, qui Electioni se opponat, nominatim à Confirmatore ad causam agendam vocetur. Sin nullus, ex hoc personarum genere reperitur, generale edictum ad Ecclesiæ valvas affigatur, in quo generatim & premerito citantur ad diem certum, quibuscunque animus est, Electionem impugnandi cap. ult. h. t. in 6. ubi in super pœna irritationis interminatur, si præmissa negligantur.

Quæres: an, si Confirmatio ob servanda non servata sit irrita, Electio quoque irritetur? Resp. negativè conformiter decisioni Bonifaciana in cap. si confirmationem 39. h. t. in 6. Ratio est: quia non Electio à Confirmatione, sed potius Confirmatio ab Electione pendet. Ergo, infirmat à Confirmatione, nihilominus salvè manere potest Electio.

Dico IV. Confirmatio impertita sequentes effectus operatur.

Primò producit jus in re, seu titulum & quasi-proprietatem ac dominium in Prælatu- ra, ita ut vivente Prælatò nequeat sine ipsius culpa vel consensu alius in Prælatum validè eligi, aut quòvis modò substitui. II. In Ecclesia Cathedralis, Metropolitana, vel Patriarchalis sit, inducit Confirmatio archiepiscopum vinculum Matrimoni spiritualis rati inter electum & Ecclesiam, ratione cujus nec resignare amplius, nec ad aliam Ecclesiam transire, inconsultò Romano Pontifice, possit cap. nisi 10. de Renuntiat. cap. cum ex illo 1. & 3. segg. de Translat. Ep. III. tribuit Confirmatio jus administrandi non tantum res & bona temporalia, sed etiam jurisdictionem spiritualem & Ecclesiasticam, exceptis illis, quæ majoris inquisitionis sunt, & ministerium Consecrationis deservant

federant cap. transmissam 15. h. t. & ibi Gonzalez 523 n. 9. & segg. Quartò supplet ac sanat Confirmatio, in forma speciali concessa, omnes defectus, vitia, ac errores, in Electione commissos, Juri Divino vel Naturali non adversos. Panormitanus in cap. ad probandum 24. de Sent. & re judic. num. 5. Passerinus cap. 33. n. 167. Wiestner h. t. num. 331. Secus, si in forma communi sit concessa. Cujus differentia & ratio est: quia Confirmatio in forma communi non tantum novum robur rei gesta conciliat, quàm authoritatem extrinsecam tribuit: cum contra confirmatio, in forma speciali indulta, ut aliquid speciale operetur, possit, & debeat Electionem, de se imperfectam,

reddere perfectam per cap. si quis 1. cap. cum dilecta 4. cap. examinata 7. de Confirmat. nisi vel innu. cap. quia diversitatem 5. de Concess. præb. Requiritur: an enumerati effectus, præsertim jus administrandi vim ac virtutem habeant ante, quam Confirmatus in possessionem solenniter introductus, seu, ut vulgè loquuntur, installurus fuerit? Resp. abstrahendò à speciali locorum Consuetudine, affirmativè. Ratio est: quia in cap. nisi 9. cap. transmissam 15. cap. qualiter 17. cap. nihil 44. h. t. soli Confirmationi tribuitur potestas administrandi & exercendi munitia, Prælatuæ connexa. Conferatur Laymann n. 113. & Spengler d. cap. 8. n. 12.

§. III.

De Annatis, ab Electo solvendis.

527 Secundum Consequens ad Electionem est obligatio solvendi annatas Ubi Sciendum I. annatas vel inde dictas, quò adnatae quasi singulis fructibus Episcopatum, aliorumque beneficiorum, ut sentit P. Wagnereck in Exceq. ad §. placet similiter 4. in Concordat. German. §. de fructibus primi anni: vel quò ex fructibus primi anni pendantur, ut existimat Fagnanus in cap. prater à 1. de Pralati vice suus n. 8.

528 Sciendum II. à Fagnano cit. l. n. 9. quatuor annatarum species assignari. Primam vocat annatam in specie, quæ est dimidia pars fructuum, Camera Apostolicæ per solvenda, de omnibus beneficiis, quæ à Papa extra Consistorium conferuntur, si eorum valore five redditus annuus 24. florenos auri de Camera five ducatos excedat. Et quia Canonice Germaniæ & Hispaniæ, etiam anni eorum redditus mille aureos superent, in Camera non nisi 24. aureis estimantur, hinc est, quò de iis nulla præstetur annata, ut testantur Chokier ad reg. Cancell. 61. Wagnereck ad cit. §. placet §. que valore viginti quatuor &c. Wiestner ad tit. de Præbend. n. 149. Secundam speciem Fagnanus servitia minima nuncupat, sive quæ portuiculas, quæ inter Papæ Ministros & Officiales distribui solent. Tertiam appellat quinquennium, quæ est dimidia pars fructuum unius anni, Camera Apostolicæ singulis quinquenniis de quibusdam beneficiis solvenda, vel propter unionem vel exemptionem à communi reservatione: sicut Præpositus Cathedralis Augustana, quia ex speciali indulto Papæ facta est electiva, suum quinquennium seu quindenam solvere tenetur, testibus P. Wagnereck ad d. §. de fructibus primi anni not. 2. & P. Wiestner cit. l. n. 149.

532 Quartam commentè servitium nominat, estque fructus primi anni, five certa pecuniæ summa, quæ Camera Apostolicæ secundum ejus librorum taxam solvitur à Prælati, quorum Prælatuæ in Consistorio Cardinalium, rogatis eorum sententis, conferuntur, inter Pontificem & Cardinales dividenda. P. SCHMIEB JURISPR. CAN. CIV. TOM. I.

Sciendum III. ab Episcopis, Archi-Episcopis, & illis Germaniæ Prælati, qui S. Sedi immediatè sunt subiecti, quales sunt Fuldenfis, Campidonensis, Elyvacensis &c. noviter electis, ultimam annatarum speciem, juxta verba & literam Concordatorum Germaniæ hoc modò solvendam esse. I. ut summa & quantitas, juxta taxam Camera Apostolicæ, quintam partem reddituum annuorum Prælatuæ vix superet, atque ad eò ab Episcopatu, cujus annui fructus sunt 10000. floreni, circiter 2000. præstentur. II. ut dimidia pars hujus sumæ primò regimini annò; altera dimidia pars alterò annò; & si Prælatuæ super vacet, non superius, sed semel antequam annata solvatur. III. ut, quò duntaxat Prælatu non præstitit Successorem in Officio non oneret. IV. ut, si Prælatuæ quædam excessivè videantur esse taxatæ, ad earum retaxationem & mitigationem devenire liceat. P. Engel ad tit. de Præb. n. 53. P. Wagnereck ad cit. §. placet §. que valore not. 2. P. Leurenus q. 601. n. 1. & 1. P. Wiestner cit. loc. n. 146.

Sciendum IV. de annatarum origine difformes sententias existere. I. enim aliqui cum Platina in Vita Bonifacii IX. huic Pontifici annatarum originem adscribunt, eò quòd hodieum Bonifaciana nuncupentur. Sed passim exploditur hæc opinio: quia non omnes annatæ sunt Bonifaciana, sed ea tantum, quam in n. 529. retulimus: nam tempore Joannis XXII. qui sedit ante Bonifacium IX. in Petri Cathedra, jam fuerunt in usu per textum in Extrav. cum nonnulla 11. de Præbend. inter communi.

II. sunt alii, qui annatarum Authorem velint præfatum Joannem XXII. Sed neque hi fidem melioris notæ DD. faciunt: quia jam tempore S. Damasi circa annum 367. consueverunt S. Pontifices à beneficiis aliquam pensionem recipere, veluti ostendit Fagnanus ubi supra n. 14.

III. est doctrina Cajetani, quam refert sequitur Fagnanus mox cit. ad ipsa Ecclesiæ primordia annatarum impositionem referentis

tis: eod quodd Ecclesia Jerosolymitana jam Apostolorum temporibus collecta: quaedam soluta sint.

538 Sciendum V. quidquid sit de annatarum introductione originaria, ab omnibus, qui veritate in affirmatione, & Sedem Apostolicam in veneratione habent, annatarum exactionem, ut licitam, defendi. Ratio est I. quia S. Pontifex, tanquam Supremus Ecclesiae Princeps, potest utique in recognitionem suprematús ab inferioribus Prælatís & Clericis aliquid exigere: quemadmodum Supremus Princeps Imperii potest à suis Vasallis aliquid in recognitionem Supremi Dominiū petere I. m. Cod. de Annon. & capit. & c. l. com.

539 perit 6. Cod. de Præscrip. 10. vel 40. annor. II. quia inferioribus Episcopis non est prohibitum, charitativum subsidium in sua Dicecesi petere cap. congruente 16. de Off. Judic. Ord. & Summus Ecclesiae Episcopus tali subsidio privatus sit?

III. quia jam in Veteri Lege N. 18. Levitis) erat præceptum, ut de decimis decimas offerant, easque Sacerdotum Maximo, Aaroni, porrigant: ut ad eod Sacerdotum Maximo in Lege Gratia prohibitum esse, nemo sanus dixerit, quinaliquam partem fructuum, non singulis annis, sed viginti saepe, triginta, aut quadraginta annis semel duntaxat solvendam, exigere possit. 541 IV. quia non tantum fundatores beneficiorum possunt census annuos vel alios favores sibi reservare, sed etiam à Papa potest in beneficio jam fundato pensio quaedam in favorem alicujus indigentis Ecclesiae imponi: cum ergo omnium Ecclesiarum fundator & Author sit Romanus Pontifex, potuit utique in suum commodum & favorem. I. in subsidium suorum Ministrorum, in stipendium suorum Legatorum &c. aliquas pensiones Ecclesiis imponere. Videantur Card. Sfortia Pallavicin. in Historia Concilii Trident. lib. 2. cap. 8. num. 3. & 4. Fagnanus in cit. cap. præterea ne Prælati vicis suas

§. IV. De Consecratione Electi.

547 Tertio consequitur ad Electionem respectu Episcoporum Consecratio: circa quam tria trutinanda sunt. I. quò tempore & modò sit Electus consecrandus? II. à quo? III. quid conferat Consecratio?

548 Dico II. Consecratio intra tres menses, à die Consecrationis numerandos, die Dominica juxta præscriptam Ecclesiae formam imperiri debet.

549 Dixi I. intra tres menses. Quòd si, deficiente rationabili causa, diutius Consecrationem distulerit Episcopus, antiquò Jure variis poenis subdebantur, quas legere est in cap. quoniam 2. Dist. 75. & cap. 1. §. si verò Dist. 100. Noviori autem Jure tenentur ad restitutionem perceptorum fructu; & si mora usq; ad alios tres menses prorogetur, ipsò factò privationem adeptæ dignitatis subeunt. Trid. Concil. sess. 23 de Reformat. cap. 2.

n. 14. & plur. seqq. Wagnereck cit. l. in 7. de fructibus primi anni nos. I. Wiestner alleg. l. n. 151.

Intereos, qui annatarum exactionem velut simoniacam traduxerunt, Duarenus lib. 6. de sac. minister. fuisse, scribit personatus Author Tractatus Novi Historico. Jurid. de annatis q. 2. quasi videlicet Romanus Pontifex, annatis tanquam pretiò Insulas & Pallia venundet. Sed quàm absona & absurda hæc sit crisis, ex rationibus primùm enumeratis relucet. Jus spirituale, quod est in beneficiis & Prælatibus Ecclesiasticis, non venditur per annatas, sed juri temporali, quod in facultate percipiendi fructus consistit, onus aliud & tributum imponitur, quò inferiores Ecclesiae in reverentiam, sublevamen, & indigentiam Ecclesiae Majoris & Romanæ toties, quoties vacant, certam pecuniarum quotam dependunt. Quod simoniacum non est, ex sola terminorum apprehensione patet.

Alii, de quibus agit Eminentiss. Pallavicinus cit. lib. 2. cap. 8. n. 3. annatis in Concil. Trident. opponebant: à Germanis Principibus fuisse in earum per solutionem consensum per aliquod tempus sub conditione, dummodò in bella contra Turcas pecunia impenderetur; ac proinde, quò certius ita impendatur, satius esse, ut imposturum annata à Casare Fisco exigerentur. Verùm idem Cardinalis nalis d. cap. 8. n. 4. respondet huic oppositioni, non hanc conditionem, sed rationes An. 538. propositas, annatarum exactionem persuasisse. Fuisse Pontifices, qui Germanis Imperatoribus, contra Turcas bella gerentibus, valida auxilia suppeditarunt: fuisseque à gloriosissima memoria Sanctissimo Pontifice Innocentio XI. ingentem auri & argenti vim adversus lunatos & juratos Christiani Nominis hostes profusam, nostri temporis, A Catholicorum quoque testimonio comprobata historia, perhibet.

§. IV.

Dixi II. die Dominica. Ita habetur in cap. 550 ordinationes 1. & cap. quòd die 5. Dist. 75. Cujus rationem ibidem dat Leo Pontifex: quia dies Dominica est representativa Dominicae Resurrectionis, in qua, cum mundus sumptis exordium, vita in initium, mors in interitum, quidquid à Domino est insignis constitutum, geri oportet. Et quidem eà horà, quà cantatur in Choro Tertia, Consecratio faciendà est d. cap. ordina. 551 riones, ex ratione, ut reor, quòd Spiritus sancti gratia, quæ tunc ab Ecclesia exorari solet, Pastori populi apprimè sit necessaria: quia verba sunt D. Anacleti in cit. cap. omnis sanctificatio nostra consistit in Spiritu sancto.

Dixi III. juxta præscriptam Ecclesiae formam: quam ordine descriptam in Pontificali, ac mysticis rationibus illustratam apud Barbosam de Offic. & Pot. Ep. tit. 1. cap. 5. à num. 9. invenire licet.

553 Dico II. Episcopus electus à tribus Episcopis, qui à Sede Apostolica specialiter ad hoc delegati sunt, consecrandus est.

554 Dixi I. à tribus Episcopis. Hbi monendum I. ex Divina institutione promanasse, ut non alius quam Episcopus Episcopalem consecrationem conficere præsumat, ut colligitur partim ex Apostolo ad Hebr. cap. 7. §. 7. ibi: quod minus est, à meliore benedictior: partim ex ratione, quia ad hoc, ut aliquis potestatem Ordinis Episcopalis adminiculò Consecrationis conferat, debet ille eandem potestatem antecedenter habere. Unde vix non canonizata sententia contra Paludanum docet, non posse simpliciter Sacerdoti munus consecrandi à S. Pontifice delegari: quàm parum enim S. Pontifex suà delegatione efficere potest, ut, qui Sacerdos non est, Sacramentum Eucharistiae conficiat: quia caret caractere & potestate conficiendi; tam parum suà delegatione efficere potest, ut, qui Episcopus non est, Ordinem Episcopalem alteri conferat: quia videlicet ipsemet characterem & Ordinem Episcopalem non habet. P. Wiestner ad tit. de Electi. n. 338.

556 Monendum II. gravissimam esse controversiam: an dispensatione Pontificia fieri possit, ut Episcopus ab uno tantum Episcopo ordinetur? Quòd enim fieri non possit, textus, exemplum, ratio, & autoritas persuadere videntur. Textus non unus extat tam in Scriptura apud D. Paulum 1. ad Timoth. cap. 4. §. 14. ubi habetur, Episcopos cum impositione manuum Presbyteri (hoc est, in presentia Episcoporum, manus impositionem) ordinandos esse; quàm in Decreto, ubi Damasus in cap. schepiscopi 5. Dist. 68. ait: quòd autem non sint Episcopi, qui minus, quàm à tribus sunt ordinati Episcopi, omnibus pater: quoniam, ut bene nostis, prohibitum à Sanctis est Patribus, ut, qui ab uno vel à duobus sunt ordinati Episcopi, nec nominentur Episcopi. Si nomen non habent, qualiter officium habebunt? Exemplum refertur in cap. parò 2. Dist. 66. quòd Jerosolymitarum primus Archiepiscopus beatus Jacobus, qui justus dicebatur, à Petro, Jacobo, & Joanne Apostolis sit ordinatus, successoribus viatelicet suis, ut inquit Anicetus in dco. cap. danius formans, ut non minus quàm à tribus Episcopis, reliquisque omnibus assensum præteritis, ulatenis Episcopos ordinetur, & communis unò ordinatio celebretur.

Ratio etiam dicitur, non posse à S. Pontifice formam Sacramentorum, à DEO institutam, immutari; consequenter neque numerum trium Episcoporum, vel de forma præscriptum, suppleri. 559 Auctoritas nititur pluribus Viris doctis, à Fagnano in cap. requisivie de Ordinat. ab Episc. num. 86. Barbofa de Off. & Pot. Ep. cit. tit. 1. cap. 5. n. 5. relatís, qui cum Castropalao Oper. Moral. tract. 27. p. 14. n. 13. negant, hanc delegationem S. Pontificis concessam esse.

560 Quòd autem ex dispensatione Apostolica ab uno Episcopo, assistentibus duobus Abbatibus vel aliis Viris, in dignitate Ecclesiastica constitutis, consecrari possit Episcopus, simi-

liter, imò majori cum energia, textu, exemplo, ratione, & autoritate roboratur. Textum unum suppeditat primus Canon Apostolorum, in quo Episcopus à duobus vel tribus Episcopis ordinari jubetur. Alium subministrat Gentium Doctor 2. ad Timoth. cap. 1. §. 6. ibi: resuscites gratiam, qua tibi data est per impositionem manuum mearum: ubi satis indicat, unius Episcopi Consecrationem sufficere.

561 Exemplo sunt Petrus & Paulus, Apostolorum primates, quorum ille solus Episcopus ante Ascensionem à Christo ordinatus, post Spiritus sancti missionem solus ordinavit primò Joannem Episcopum, deinde Jacobum Zebedæ; iste solus Timotheum & Titium consecravit Episcopos, quia separatus à Barnaba non habebat in societate sua Episcopos, nisi quos ipse postea creavit. Quin non tantum à Pio V. Gregorio XIII. Innocentio X. Alexandro VII. Innocentio XI. sed etiam à moderno Sanctissimo Pontifice Clemente XI. recentissimum exemplum Augustæ habuimus, quòd Episcopalem Consecrationem uni Episcopo, assistentibus duobus Abbatibus, demandavit. Ratio est stringens: quia nul libi legitur, quòd tres Episcopi novum Episcopum consecrare; bene verò quòd unus consecrare, duo assistere debeant, veluti insinuavit Innocentius III. in cap. un. de Sacra. Unct. ibi: facientes caput eius per Albanensem Episcopum, assistentibus ei duobus Episcopis, secundum morem Ecclesiasticum, deliniri. Ex quo deducitur, pro essentia Consecrationis non tres, sed unum Ministrum, esse constitutum.

562 Au- 563 thortas, præsertim recentiorum DD. longè superat auctoritatem sententia contraria: nam posteriorem approbant Barbofa cit. loc. Fagnanus cit. l. P. Engel ad b. t. n. 56. Layman quest. 165. Clariss. D. Joann. Philippus Braun ad b. t. pag. 65. Clariss. P. Wiestner hic num. 240. Clariss. P. Jacobus Wex in Epitome Canon. part. 2. Controv. 2. n. 24. ubi subiungit, securè & absque ullo scrupulo hanc sententiam, etsi in ea agatur de valore Sacramentali, tanquam omninò certam in praxin redigi posse. Quibus ita habentibus,

Ad textum contrarium ex, Apostolo in num. 556. citatum, Resp. ibi per impositionem manuum presbyterii varias significaciones à SS. Patribus asserti, inter quas illa non videtur esse contemnenda, quòd nomine presbyterii cæteris seniorum intelligatur, in quorum presentia Consecratio fieri deberet. Ad 565 consequenter alterum Resp. in eo differentiam inter Chor-Episcopos & veros Episcopos assignari, quòd hi à tribus; illi ab uno Episcopo ordinantur: neque exinde, quòd à SS. Patribus prohibitum sit, ne, qui ab uno vel duobus ordinatus est Episcopus, habeatur pro Episcopo, inferri posse, quòd à Jure Divino, sed potius ex Apostolica traditione trium Episcoporum presentia desideretur.

Exemplum D. Petri explanationem ex num. 561. 566 recipit. Cui addendum est, D. Petrum, posteaquam D. Joannem & Jacobum Zebedæi

solus ordinaverat, ipsi assistentibus Jacobum fratrem Domini ordinasse; atque ex tunc tum verbis, tum exemplo statuisse, ne à paucioribus quam tribus Episcopis Consecratio Episcopalis perficeretur. Barbolà *cit. loc.* Quod statutum, tanquam ab homine, non DEO, profectum, uti propter Episcoporum paucitatem non ubique ab ipsis Apostolis servari poterat, ita neque à SS. Pontificibus servari debet, si, ut in Germania quoque contingit, raritas Episcoporum pauciores quam tres exigat.

567 Ad rationem in n. 558. negatur ex n. 562. suppositum, quod pro forma vel essentia Sacramenti Ordinis Episcopalis tres Episcopi desiderantur. Autoritas auctoritate vincitur.

568 Dixi superius in conclus. II. qui à Sede Apostolica specialiter ad hoc delegati sunt. Nam esse Jure Communi Episcopi ab Archi-Episcopis; & isti, omnibus suis Suffraganeis sive Comprovincialibus Episcopis presentibus, consecrandi forent *cap. Episcopi 1. & seqq. Dist. 64. cap. Archi-Episcopi 1. Dist. 66. cap. nec Episcopi 7. de Tempor. Ordin. Atamen modernò Jure, uti Confirmatio, ita Consecratio Episcoporum & Archi-Episcoporum Summo Pontifici reservata, atque ab eo specialiter deleganda esse, dicitur communiter à DD. Honor. ab Axel. h. t. n. 35. P. Engel *cit. n. 56. D. Braun d. pag. 65. P. Westner n. 336.* licet fortassis alicubi sit alia consuetudo.*

§. V.

De Pallio Archi-Episcoporum.

574 Pro quarto consecratio seu consequenti Electionis rectè statuitur in Archi-Episcopis impetratio Pallii, quod nihil aliud est, quam singulare ornamentum & insigne Archi-Episcoporum, quod assumptum ex Corpore Divi Petri, in designationem Archi-Episcopalis officii, ipsis petentibus à Summo Pontifice ad usum conertur.

575 Dixi I. singulare ornamentum. Est namque Pallium, si moraliter & mysticè suspiciatur, summæ dignitatis & potestatis eximium symbolum; quemadmodum non solum Christianis, sed Gentilibus quoque Pallium semper erat tessera cujusdam præminentie, ut notat Gonzalez ad *cap. cum super 1. de Auctor. & usu Pallii num. 7.* Quamquam, si physicè spectetur, nec splendida, nec adeò pretiosa res sit. Nam Materia est lana ex vellere duorum agnorum, qui annuatim à Religiosis S. Agnetis in illius festo Alari offeruntur; quos deinde Canonici S. Joannis Lateranensis nutriendos suscipiunt usque ad tonsionem: tum traduntur Subdiaconis Summi Pontificis, qui ex eorum vellere, admixtâ aliâ lanâ candidâ, fasciam quatuor digitorum contexti sinunt. Forma verò est circularis, ad humeros & pedus ambiendum composita, quatuor crucibus distincta, duabus in pectore, duabus in humeris. Gonzalez *d. l. n. 10.*

Dico III. Consecratio, legitime peracta, tribuit Episcopo potestatem Ordinis, & matrimonium spirituale inter Episcopum & Ecclesiam consummat. Textus pro prima parte sunt *cap. transmissam 15. & cap. quod sicut 28. §. super eo h. t.* Hinc Episcopus consecratus potest ordinare, consecrare, dedicare; cum tamen Episcopus, solum confirmatus ex n. 522. solum actus jurisdictionis exercere possit. Textus pro secunda parte leguntur in *cap. inter corporalia 2. & seqq. de Translat. Ep.*

Petes I. an saltem delegare valeat actus Ordinis Episcopus Confirmatus, nondum tamen Consecratus?

Resp. affirmative per textum in *cap. suffraganeis 11. h. t.* Ratio est: quia delegare est jurisdictionis, quam Episcopus accipit vi & virtute Confirmationis. P. Engel *h. t. n. 55.*

Petes II. an beneficia post Consecrationem, vel ante fiant vacantia?

Resp. de Jure Communi verius esse, quod non vacent, antequam tempus, accipiendæ Consecrationi præfixum, effluerit per textum in *cap. cum in cunctis 7. §. cum vero h. t.* ibi de *curio tempore, de consecrandis Episcopis à Canonibus definitò, ad quem spectant beneficia, qua habentur (electus) de illis disponendi liberam habeat facultatem.*

Sed stylò Curie ajunt, beneficia statim vacare tempore promotionis, seu Confirmationis; atque insuper in Germania vi Concordatorum S. Pontifici fieri reservata. P. Engel *cit. loc. n. 57.*

Dixi II. & insigne Archi-Episcoporum. Etenim primis & sequentibus Ecclesie sæculis mos viguerit, non certo personarum ordini, sed promiscuè, pro re nata, & varietate circumstantiarum loci, & temporis, modò Archi-Episcopis, modò Episcopis Pallium submittendi, licuti citatus eruditissimus Gonzalez *num. 9.* ex authenticis scriptoribus ostendit: postea tamen jus ferendi Pallium solis Archi-Episcopis & Prælati majoribus est indultum, quatenus non tantum potestatis amplitudine, sed etiam habitus ornamentò ab Episcopis distinguerentur.

Dixi III. quod assumptum ex corpore D. Petri. Dicitur Pallium ex corpore D. Petri assumi, vel quia, dum à Canonici D. Petri in pervigilio cujusdam solennitatis benedicunt, supra D. Petri sacra alijpana reponitur, indeque Subdiaconis Pontificis in honesto loco servandum committitur, donec ad instantiam alicujus Metropolitanorum aliorum dimittatur, per *cap. significasti 4. in fin. h. t.* Gonzalez *cit. l. n. 10.* Vel quia de Jure à solo Romano Pontifice, legitimo D. Petri successore, confertur per *cap. antiqua 23. de Privileg. Panormitan. ad cap. ad honorem 4. de Auctor. & usu Pallii n. 9.* Vel quia per Pallium particula sublimioris potestatis, que in Corpore Ecclesie ejusque Capite Summo Pontifice in plenitudine

ordine residet, in Archi-Episcopos transferretur per *cap. nisi specialis 3. d. 1.* Layman de *Elect. qual. 157. & cit. cap. antiqua de Privileg.* Theophilus Raynaud. apud Gonzalez memoratò *num. 10.*

579 Dixi IV. in designationem Archi-Episcopalis officii. Habet verò officium Archi-Episcopale quardam communia cum Episcopis; quardam specialia. Communia sunt, ordinare Clericos, benedicere Abbates, consecrare Episcopos, dedicare basilicas, consecrare chryisma &c. que ipsa tamen sacra ministeria nequit Archi-Episcopus ante susceptum Pallium obire: quia, ut differit Innocentius III. in *cap. quod sicut 28. §. super eo h. t.* non tanquam simplex Episcopus, sed tanquam Archi-Episcopus ea sacra videtur. Specialia sunt, visitare Provinciam, convocare Concilium Provinciale &c. cujusmodi actus, ut ritè præarguant, Pallii receptionem indubitatè peraguntur *d. cap. & §.*

Hinc est, quòd Archi-Episcopus, tametsi confirmatus & consecratus sit, non possit Archi-Episcopum semet nominare vel scribere, priusquam Pallium impetraverit *cap. nisi specialis 3. de Auctor. & usu Pallii.*

581 Neque tamen ex hoc inferas, ante receptum Pallium nequidem actus jurisdictionis Episcopalis ab Archi-Episcopo exerceri posse: sicut enim Episcopus, sic Archi-Episcopus mox à die Confirmationis accipit potestatem jurisdictionis, non tantum signatè & in aptitudine, sed etiam exercitè & in actu per *cap. suffraganeis 11. cap. transmissam 15. h. t. cap. cum ex 582 h. t. de Translat. Episcopi in fin.*

Cum ex adverso potestatem Ordinis per consecrationem tantum in aptitudine, non verò in exercitio consequatur Archi-Episcopus, veluti ad *cit. cap. nisi specialis n. 6. & seqq.* Kulchrè declarat Gonzalez, consentiente König ad *enud. tit. num. 13. & seqq.* cum quo tamen exceptionem facit Clariss. P. Schmalzgrueber ad *cit. tit. sub n. 6.* in actibus Ordinis minus principalibus, qui solent ab Episcopis, Stollâ duntaxat indutis, peragi.

583 Dixi V. ipsi petentibus. Olim equidem non nisi presentibus, hodie etiam petentibus per literas concedi solet Pallium; si tamen intra tres menses à die consecrationis; vel, si jam consecrati sint, à die confirmationis computandos, instanter petierint *cap. quoniam 1. cap. 584 apertè 2. Dist. 100.* Post hunc terminum, cessante justò impedimentò, & Pallium negatur, & commissa dignitas aufertur *d. cap. quoniam, Gonzalez ubi supra ad cap. cum super 1. de Auctor. & usu pallii n. 10.* Panormit. ad *cap. ad honorem eod. tit. num. 6. P. Westner ibid. num. 5.*

585 Dixi VI. à Summo Pontifice. Enimverò ex officio & Jure Ordinario solus S. Pontifex Pallium concedit, sub hac vel simili formâ: *tradimus tibi Pallium, ut eò in a Ecclesiam tuam utaris cap. cum super 1. d. 1.* quia, qui plenitudinem pastoralis officii solus habet, solus in partem sollicitudinis consortes advocare potest *arg. 586 cap. ad honorem 4. de Auctor. & usu Pallii.* Ex

privilegio autem quatuor Principalibus Patriarchis, Constantinopolitano, Antiocheno, Alexandrino, & Jerosolimitano, sicut, Pallium, ubi id antecedenter ipsimet à S. Pontifice receperant, aliis concedere *cap. antiqua 23. de Privileg. & ibi Panormitan. num. 1.* Gonzalez ubi supra *n. 8.*

Dixi VII. ad usum conferuntur. Effectus itaque concessi Pallii est ejusdem usus, non absolutus, sicut in Summo Pontifice, qui solus in Missarum solennis semper & ubique Pallio utitur *d. cap. ad honorem; sed restrictus I. ad personam: quia Pallium, uni Archi-Episcopo concessum, neque alteri commodari, neque in successorem transferri, sed cum accipiente sepeliri debet cap. ad hac 2. de Auctor. & usu Pallii.* Quin etiam, si Archi-Episcopus ab uno Archi-Episcopo ad alium transferatur, & antiquum Pallium secum deferat, & novum accipit, & cum utroque tumulatur *arg. cap. bone 4. in fin. de Postulat. Layman. qual. 160. II. ad tempus: nam extra dies & festa principaliora, in Calendario Ecclesie descripta; extra ordinationes Clericorum & consecrationes Ecclesiarum; & extra Missarum solennia, non est licitus Pallii usus cap. ad honorem 4. cap. cum sit 6. d. 1.*

III. ad locum, videlicet Ecclesiam propriam (cujus nomine venit quilibet Ecclesia, in provincia sita *d. cap. cum sit & cap. cum super eod. tit.*) extra quam, si Archi-Episcopus, sacris Vestibus indutum, processionaliter vel aliò modò exire contingat, Pallium exuere debet *d. cap. cum super 1. adeò, ut consuetudo contraria tanquam corruptela in cap. ex suarum 5. eod. tit. reprobetur; unia exceptioe lubnexa, si nempe Archi-Episcopus, extra suam provinciam constitutus, non possit ad illam redire: tunc enim, urgente necessitate consecrandi Episcopos, vel ordinandi Clericos, potest in aliena diocesi, cum præfuit & permisso Diocessani, in Pallio consecrare. Hanc ipsam tamen exceptionem potius privilegium, quam jus commune inducere, sentire videtur Layman. q. 158.*

Quæres I. utrum Archi-Episcopus in loco exempto suæ provincie Pallio uti possit? Ratio dubitandi est I. quia in *cap. ad honorem 4. de Auctor. & usu Pallii* perspicue decernitur, Archi-Episcopus in illa Ecclesia, in qua jurisdictionem Ecclesiasticam acceperunt, uti Pallio licere. Sed in Ecclesiis exemptis nullam jurisdictionem habent. Ergo &c. II. quia, tametsi in *Clem. Archi-Episcopo 2. de Privileg.* concedatur Archi-Episcopo facultas, celebrandi in Pontificalibus in quolibet loco exempto suæ provincie: inde tamen deducere non possis, quòd etiam Pallium inducere valeat: partim quia nomine Pontificalium non venit Pallium, utpote quò pastorale officium denotatur: partim quia in hac *Clem.* reperitur clausula, quòd exemptis per concessum privilegium nullum gravamen inferri, neque ullus actus jurisdictionis exerceri debeat. His tamen rationibus non morantibus,